



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 20. De quibusdam locis Laërtij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

cepunt. quod sine dubio rectum est. Cicero ipse alibi Sparte, rapere vbi pueri & clepero discunt. Eodem modo peccatum est libro primo De diuinatione, in versibus veteris poëtae de Cassandra:

Sed quid oculis rapere visa est drepentè ardētibus?  
Non enim rapere, sed rabere legēndū est. Et libro  
secundo Tusculanarū: Ingemiscere nonnumquam viro  
concessum est, idq; rād. Eiulatus ne mulieri quidem. Et  
hic nimis est fletus, quem duodecim tabula in funeribus  
adhiberi vētuerunt. Neque enim fletus in vētustis libris,  
sed lessū legitur. Quod autem quidam homo erudi-  
tus, pro vētuerunt, voluerunt legi vult, id talē est, vt ne  
ip̄i quidem, si diligenter considerarit, probatum iri  
putem.

## De quibusdam locis Laertij.

## CAPUT XX.

MULTA sunt adhuc apud Laertium corrupta :  
etsi praeclarām in eo emendando nauauit ope-  
tam, homo & industria & eruditōne præstans, qui  
libros ipsius cum vētustis exemplarib⁹ collatos haud  
ita pridē edidit. Nos verò eum & amare ac laudare  
debemus ob ea quæ præstīt, & si quid ipsius diligē-  
tiam fugit, id ingenuè cum studiosis communicare.  
In vita igitur Socratis (hinc enim exordiemur) ita  
scriptum est: Εὐθύπερων ἢ τῷ πατέρει γεράευσον ἔγειρε  
διὸν δὲ δότε πνεῦμα σιαλεχθεῖς ἀπήνησε. Sed qui Pla-  
tonem vel primoribus, vt dicīt, labris attigerunt,  
fansiſciunt, non fuisse illam ἔγειρας δίὸν, quam Euthy-  
pharo intendebat patri: accusabat enim eum, quod  
mercenarium quendam enecset: vt dubium non  
sit, quin pro ἔγειρας legendū sit, ἔγειροντοις. Paulo  
post autem, vbi Euclidem à Socrate reprehensum  
marrat,

t Muret  
ar Lectione  
LIII

25

narrat, quod in contentiosis Syllogismis nimium fidium poneret, ita legitur; *αχενσον γραμμην την την αγρεδονταν*: cum omnino legendum sit, *μαρπινον* et si aliter Victorius. Et quoniam, quam haec, tradidimus, inter se cohærent, non valde laborare addemus alium locum ex Heraclidis vita, vbi vna litterae deprauatio festiuam & elegantem historiam corruptit. est autem haec: *Dionysius Metathemenuit*, ut est apud Ciceronem, propter dolorem oculorum a Sive desciuit, & in Epicuri castra se contulit: is igitur Dionysius cum tragœdiam quandam scripsisset, cui Parthenopas men fecerat, Sophoclis illi nomen inscripsit. Hac emendatione inscriptione delusus Heraclides in commentariis quibusdam suis versus ex ea fabula pro Sophocleis emuerat. Tum i Dionysius rem, vt erat, aperit, sequens fabulae auctorem esse profitetur. Quod cuncti etiam tum Heraclides negaret, eiique fidem habent, noller, scripsit ad eum Dionysius, vt quendam ex ipsius tragœdia locum inspicere, in quo ex primis versibus litteris conficiebatur ac contexebatur nomen ΗΕΡΑΚΛΟΣ. Erat autem id nomen formosi purus quem Dionysius amabat; cuiusque nomen amore causa, occulte & artificiose poëmati suo intexte veluerat. Sic olim Ennius versus quosdam, vt à Cicero proditum est, scripserat, quorum ex primis litteris efficiebatur, Q. Ennius fecit. In Græcis autem Latij libris ab eo quem supra significauit editis, nisi quidam pro πάγκλως scriptum est, cetera omnia επί πάγκλως. Qui pusillus error tantas tenebras obicit interpreti, vt huius historiolæ in eius interpretatione nullum propè vestigium appareat. Ac putassem in Græcis erratum esse operatum vitio, nisi homo eruditus in iis notis quas ad finem libri adiecit, ostendit.

disset, se verae illius scripturæ sententiam non esse assen-  
sum. Certè in optimo & vetustissimo libro Alexandri Farnesij Cardinalis multis nominibus Maximi  
aperte legitur ΠΑΓΚΑΛΟΣ: ne quis de scripturæ  
illius integritate dubitandum putet. Rectè etiam idem  
ille liber in vita Cratetis, vbi positur iocosum quod-  
dam eius Philosophi diarium, quo ostendebat à diui-  
tibus magnos sumptus fieri in coquos, in adulatores,  
in scorta, cùm in bonos & erudiros viros parcí ac re-  
stituti sint, rectè inquam in eo libro scriptum est νί-  
καρτάντη, non, vt editum est, τάλαντα δέκα. Sunt  
enim tres versus iambici, qui propter vocis illius de-  
pauationem non agnoscuntur.

Τίτη μαχέσω μιᾶς δέκ', λαγεψῷ δραχμῶι.

Κίλαι τάλαντα πέντε, συμβάλῳ καπνόν.

Πέρη τάλαντον, φιλοσόφῳ τεισθόλον.

Sed & quod in vita Pythagoræ legitur, fuisse medi-  
cum quendam Pythagoram, qui scripsiterit de Hernia,  
id non quidem omnino verè, sed tamen propius vero  
scriptum est eodem in libro. Πεὶ κίλαντος enim habet,  
non δὲ κίλαντος legendum autem δὲ σκίλαντος. Id ita esse  
constat ex Plinio; cuius hæc sunt ex capite quinquo lib-  
ri xix. vbi de generibus scillæ, quod bulbi genus  
est, loquitur: *Vnum de iis volumen condidit Pythagoras  
Philosophus, colligens medicas vires, quas proximo redde-  
mus libro.*

M. AN-

Muret  
Lectiones  
LIII  
25